

tem atris, factus est sermo Domini ad eum, dicens: Revertere, et dic Ezechiele duci populi mei: Haec dicit Dominus Deus David patris tui: Audi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas; et ecce sanavi te: die tertio ascendes templum Domini. Et addam diebus tuis quinquagem annos: quaedam translatio habet: Vidi lacrymam tuam, et ecce sanavi te. Iuxta quam observatione dignum est, quod quamvis copiosissime fleverat, sacro textu dicente: *flevit eiulatu magno, unius dumtaxat lacrymae meminerit: vidi lacrymam tuam: ut inde coniciat peccatorum poenitentiam ad divinam iracundiam sedandam mirabilem adeo virtutem habere, ut vero poenitenti lacrymula una id praestare sufficere. Unde fit, ut saepe peccator ad maiorem, et intensiorem gratiam ex divina liberalitate resurgat, quam antea habebat, iuxta illud prophetae Baruch (c. 4): Sicut fuit sensus vester, ut erraretis a Deo; decies tantum iterum converteretis requiritis eum. Atque hinc vellem vos admonere fratres, ut quantumcumque enormissimus peccatis sit animus implicatus, de divina misericordia minime desperetis: nam etiamis crudelissimis serpentibus, immanibusque feris, ac spurcissimis animantibus persimiles sitis, Christus Dominus Salvator noster cupit vos purificare sanguine suo, ut eleganter d. Nazianzenus (orat. 6) dixit: *Neque enim purus Deus tanto in prelio quidquam habet, quam puritatem, aut purgationem. Tanti autem illam fecit, ut ad expurgandas omnes crinum sordes, suavissimum amoris igne incensum balneum ex suo sanguine praeparaverit.* Certe Ioannes inquit (Ap. 1): *Dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Ecce aperte designat ignem divini amoris, cum ait, *dilexit nos*; necnon et balneum ad purificationem potentissimum, cum subiungit, *et lavit nos in sanguine suo.* Cuius quidem mirabilis potentia satis admissum adumbrata fuit in linteo illo d. Petro ostenso; ut enim narrat d. Lucas (Act. 10): *Vidit coelum apertum, descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initis submitti de coelo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, et serpentina terrae, et volatilia coeli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, et manduca. At autem Petrus: Absit Domine, quia nunquam manducaei omne commune, et immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commane ne dixeris. Animalia, ac serpentes immundi, qui linteo continebantur, et immundos adumbrant homines: hos tamen serpentes, hos dracones, hos leones, tygrides has; sanguis Christi purificat. Unde vox illa: *Quod Deus purificavit, tu commane, id est, immundum, ne dixeris, Deus, inquit, purificavit, nimirum sanguinis balneo potentissimo, et ex serpentibus, ferisque, atque immundis animantibus in homines rationis participes, ac mundos commutavit.* Potens lavacrum fuit Iordanis, cuius undae (4. Regum 5) Nahamonti corpori insidentem lepram abluere poterunt: multo potentius lavacrum est sanguis Christi, cuius una gutta omnium hominum lepram a nimis ipsis inherentem valet expurgare. Aliquid potentiae habuit olim sanguis victimarum ad purificandum: verum carnem ille purgabat,**

non conscientiam; at Christi sanguis ad conscientiam usque abluentionem pertingit. Hinc illud Pauli (ad Hebr. 9): *Si sanguis hircorum, et taurorum, et cinis rituales expersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram?* Potens lavacrum fuit antiquum diluivium, quod prima aetate universum terrarum orbem inundavit; verum homines sustulit, scelera non expiavit. Christi autem sanguinis diluivium in omnes terras immisit scelera, non homines abstulit; occidit peccata, hominibus vitam dedit. Consolamini igitur, qui sordidi estis, quia iam nunc in templo ierosolymitano patere incipit fons vitae, de quo Zacharias (c. 13) praedixerat: *Erit fons patens Domui David, et habitantibus Ierusalem in abluentionem peccatoris, et menstruae.* Quod Malachias (c. 3) apertissime etiam vaticinatus fuit: nam postquam dixerat: *Statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quaeritis, statim subiungit munus abluendi, et purificandi, ad quod veniebat: Ipse enim, quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum purgabit filios Levi.* Nemo ignorat duo haec, ignem, et herbam fullonum magnum vim ad purificandum habere; et utriusque comparat Christus Dominus. Certe ignis iuxta diversitatem materiae, cui applicatur, urit, calefacit, liquefacit, illuminat, corroborat, aut inflammat: similis modo Salvator in hunc mundum primo adveniens, hominum frigida pectora calefecit, cordium duritiam liquefecit, peccatorum rubiginem excussit, infidelitatis coecitate detentos illuminavit, originarii labe dedecore, et servitute daemonum oppressos liberavit, ac infirmos corroboravit, desiderio languentes et accidia torpore facibus amoris sui inflammavit: idcirco dicitur est ignis. Sed cur herba fullonum? An quod huic herbae proprium sit vestes emaculare, ac simul dealbare? sane Christus labes tollit animarum, et emaculatas alio marmore reddit candidiores. Noverat, qui dicebat (Psalm. 50): *Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor.* Ecce prius illud: *lavabis me, et super nicem dealabor:* en tibi posterius aliud. Sed cur Malachias utriusque meminit? nonne alterum sufficiebat? Certe id fecit, ut omni hominum generi promptam, ac paratam expurgationem in Christo significaret. Sunt quidam molles, ac remissi animi, qui facile cadunt, facile resurgunt, linteis squallidis, et sordidis persimiles, quae facili negotio fulonis arte emundantur. Sunt alii duri, cervicosi, quibus peccati occasionem difficilium, quam Herculi clavam eripias; magis similes hi sunt metallis aeruginosis, qui non lotis, sed conflatoris; non herbae borib, sed fusorii fornacis indigi censendi sunt. Verendum sane, ne quod per prophetam Aggaeum hisseccalotes hominibus proponitur ad remedium, in ruinam vertatur illorum. Puer enim, qui hodie praesentatur, positus est in ruinam, et in resurrectionem multorum, ut refert d. Lucas (c. 2): *in ruinam quidem sordescientium in sordibus peccatorum; in resurrectionem vero eorum, qui, quas sordes contraxerunt, eluere conantur in sanguine Agni; qui solus nos lavit a peccatis*

nostris, ut ait Ioannes (in sua Apocalypsi); qui solus, teste Iob, potest facere mundum de inmundum conceptum semine; qui solus peccata rabra ut coecum, supra nivem dealbat, ut more Isaeiae loquitur.

Tertius effectus poenitentiae est in hac vita quoad fieri potest, beatificare, et in futura ab atrocissimis purgatorii poenis eripere. Primum satis aperte testatur David, dum ait (Psalm. 31): *Beati quorum remissae sunt iniquitates.* Sicut enim poeta Maro, tanquam rem magnam de Caesare dixit:

Divisum imperium cum Iove Caesar habet:

non secus poenitentia quasi divisum imperium videtur habere cum Deo: nam sicut ille beneficit in patria, ita et poenitentia in via (Ps. 118): *Beati immaculati in via.* Illudque interest discrimen inter has beatitudines, quod illa coelestis est beatitudo possessa, haec sperata; illa incepta, haec consummata. Secundum vero obscure probat, quod duplex habet Deus purgatorium, in vita haec unum, post mortem alterum. Huius vitae purgatorium poenitentia est, ut docet Chrysostomus (hom. 3. de poenit.): *Lavabo, dixit David, per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Si lacrymarum ubertatem, ait Chrysostomus, David voluisset ostendere, satis fuerat dicere: lacrymis meis stratum meum rigabo. Quare ergo praevenerit, lavabo? ut ostendat lavacrum, et purgatorium peccati lacrymas esse; haec ille. Alterius vero vitae purgatorium ignis est acerbissimus: salius ergo est in purgatorio poenitentiae per totam vitam habitare, quam in purgatorio ignis per annum commorari. Hinc magnus Pater Guericus (serm. 4. de Purif.) inquit: *Sattus est, o fratres, et suavis fonte purgari, quam igne. Prorsus, qui fonte non fuerint modo purgati, igne habent purgari; si tamen purgari meruerint, quando scilicet iudex ipse, quasi ignis conflans sedebit, conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi.* Nunc Christus aqua diluens, tunc ignis consumens; modo fons patens in abluentionem peccatorum, et menstruae, tunc flamma saeviens, et ignis vorans, usque ad medullas animae. De ardore siquidem irati, fors ille purgatorii ignis eardesceat in conspectu eius, et inflammabit in circuitu inimicos eius, et ignis a facie eius exarsit. Inde cadent super eos carbones poenitenter purgatorii, quibus modo non habentur carbones salubriter desolatorii: qualem illum fuisse reor carbonem sublatum de altari, qui Prophetae labia purgavit. An vero et illi carbones huiusmodi quant intelligi, de quibus cuidam dicitur: *Ecce dati sunt tibi carbones, et sedebis super eos; hi erunt tibi in adiutorium: vobis relinquo ad iudicandum.* Ibidem etiam miseram sortem eorum, qui purgari renunt, in haec verba deplorat: *Veh nobis, si dies implerent, et purgatio minime impletur, et postea necesse sit impleri, et illo nos igne purgari, quo nihil poenitius, nihil acrius, aut vehementius in hac vita potest excogitari! Sed qui ille tam perfectus, tam sanctus, qui cum hinc exierit, nihil illi debeat igni? qui sic ad purum omnem in se**

seoriam excoerit peccati, ut gloriari possit castum se habere cor, ut dicere possit: mundum est cor meum, purus sum a peccato? pauci quidem sunt electi, sed inter illos paucos paucissimi sunt, arbitrari, ita perfecti, ut purgationem illam impleverint, de qua Sapiens dicit: *De negligentia purgare cum paucis; haecenus dilectus. Sed prohi dolor! eo processit inverecundia, eo mentis elatio ascendit, eo caliginosa caecitas pervenit, ut non paucos invenias, qui afferunt se immundos non esse, de quibus Salomon (Prov. 30) exclamat: *Generatio, quae sibi munda videtur, et tamen non est lola a sordibus: quibus consonant alia eiusdem Salomonis (ibidem): Est via mulieris adulterae; comedit, et tergit os suum, et dicit, non sum operata. Per similia etiam observo illa Ieremiae (cap. 2): Quomodo dicitis, non sum pollutata post Baalim non ambulavi? Quasi dicat, frustra tibi blandiris: novi le ego melius, quam tu le ipsam; fallere me non potes: et la scias me non latere, quae tegeo conaris, vide eas tuas in convalle, scito quid feceris; videbam cum faceres, et luce claritatis meae penetrabam intimos animae tuae sinus. Sed peius, ac detestabilius hoc, malum aliud per republicam grassatur. Vellem de hoc dicturo mihi Archistatan licere imitari, cum de turpe quiddam dicendum rei propositae series compelleret, nihil quidem protulit, sed pariet, ut auditors legerent, inscriptis. Quid quibus dem carbo, nec ad manus cartha est. Ignis dicam verbiis certe non alius, quam Isaeiae (c. 3): *Peccatum suum, sicut Sodoma, praedicaverunt, nec absconderunt: hoc est: quemadmodum Sodomitae inverecunde, et quae omni libertate peccantes, nec pudorem ullum scleris habebiles dixerunt ad Lot: *Edue virum foras, ut cognoscamus eos; sic isti publice proclamantes praedicaverunt peccatum suum. Delegerunt sane isti, quam illi, quos nuper excebar: nam illi negant culpam, isti commemorant, et laudi ducunt, quod impissimum est in oculis Dei; qui sibi honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.****

HOMILIA III.

Referantur, et expendantur variae causae, ob quas beata Virgo legi purificationis non obligata se libenter subiecit: exordium tamen a singulari eius obedientia, quam in hac purificatione mirifice praefulsisse ostendimus, per multaque de perfectione obedientiae disserimus.

Cum beatissima Virgo, ut homilia prima explicuimus, purificationis legi non esset adstricta, utpote quae a viri contactu se semper abstinuit, de Spiritu sancto concepti, nullas parturitionum sordes contraxit, imo in ipso conceptu et partu pura, et immaculata magis exiit, merito sancti Patres in exquirendis causis, quae beatam Virginem, ad submittendum se huic purificationis legi impulerunt, diligen-

tes se exhibuerunt. D. Ambrosius (*de Purif.*) primam causam reddit, ut legis divinae observantissimam se ostenderet, et obedientiam nos doceret. *Nec mirum, inquit, si mater obserret legem, quam eius filius non venerat solvere, sed adimplere: sciebat enim quo ordine conceperat, quo usu pepererat, et quis esset quem genuerat; sed legem communem observans, expectavit purgationis diem.* Consentit in idem venerabilis Beda (*hom. de Purif. B. Virg.*): *Sicut Dominus ac Salvator noster, qui divinitate legem dedit, apparens in homine fieri voluit sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus; ita etiam beata ipsius Genitrix, quae singulari privilegio supra legem fuit, pro ostendendo tamen humilitatis exemplo legalibus subditi non refugit institutis.* Docuit autem nos beata Virgo divinae legis humilem obedientiam non verbis, sed factis; quod constat omnium esse optimum magistristerium. Seneca (*de Epistol. 35*) dicit: *Illam eligi doctorem, quem magis admiraris, cum videris, quam cum audieris.* Haec obedientiae virtus magni momenti est apud Deum, et homines. Unde sanctus Anastasius Synaita solita illa sui ingenii subtilitate quaerit, quare cum adduxit Dominus Evam ad Adam, ut videret quid videret enim, tunc ille dixit: *Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea.* Nam certe quando costa illa Adae, ex qua prodivit Eva, inerat ei, tunc revera erat os eius et caro eius; postquam autem ab eo abstracta fuit, iam non sua, sed Evae erat, quae distincto corpore, diversa voluntate, et libero arbitrio vivebat. Respondit sanctus hic doctor, quod quia Eva venit, ut obedientiae Adami subisset, et ut nomen ei imponeret, quod munus superioris est, ipse hoc obedientiae genus tanti fecit, ut non minus illam recognosceret tanquam propriam carnem, quam cum ei inhaerebat. Nec enim tunc mirum erat, ut os, et caro propria tunc et obedirent: manus enim, et pes, dum corpori sunt connexa, ad nutum obtemperant voluntatis, quae non est alia in eis ab ea quae in ipso praecipiente illis; tamen quod os, et caro quae iam erat extra Adam, nutui illius se subderent, et voluntati eius obsecundarent, hoc, sine dubio, mirabile erat, et tanti ab eo faciendum, ut diceret: *Hoc nunc os de ossibus meis, et caro de carne mea.* Hinc verba Augustinus (*super Psal. 118*) ponderat verba illa Davidis: *Tuus sum ego, salvum me fac.* Quid quocumque magni momenti allegabat David, ad hoc ut illum salvum faceret, cum ait: *Tuus sum ego,* cum revera esse sub dominio Dei commune sit omnibus creaturis, ipso dicente (*Psal. 149*): *Mense sunt omnes ferae sylvarum, iumenta in montibus, et boves; pulchritudo agri mecum est?* Ingeniose respondet d. Augustinus, rem quidem magni momenti esse, ut Dei fateatur se esse qui semper vult esse sautes, et qui semper appetit esse proprii iuris, velit esse alieni. Unde d. Ambrosius (*in Ps. 118*) paucissimos esse alii, qui possint dicere Deo: *Tuus sum ego.* Avarus enim sub dominio pecuniae facit, argentum, et aurum ei dominantur. Unde sacra Scriptura vocat avaros, viros divitiarum, ut ostendat illis se subiecisse. Intemperati, et gu-

losi ventrem tanquam Deum colunt, ut ait Apostolus (*Phil. 3*): *Quorum Deus venter est.* Concupiscibilis unius foeminae voluntati se subicit (*Is. 3*): *Mulieres dominatae sunt super illos.* Quid plura? Uxor Lot eligens magis sui ipsius esse quam Dei, contra divinum praecceptum, ad incendium civitatis faciem convertit, et in poenam pravae illius conversionis, in salis statum conversam legitimus. In qua portentosa historia duo praecipue observanda reor; primum est gravitas illius culpae, quae prima facie levis videtur, cum fuerit inordinatus quidam intuitus; sed minime levis censenda est: nam in primis si profana monumenta scrutemur, ut auctor est Virgilius, prohibitum erat Genitibus, ne ad cineres residuos post oblatum purificationis oculos revertantur:

For cineres Amarylli foras, rivoque fluenti
Transque caput face; ne respexeris.

Atque hunc ritum in eo arbitror fundari, quod respicere iterum cineres illos, redolebat quandam complacentiam, et iteratam voluntatem pristinis peccatis iterum se conquinandi. Non dissimiliter volens Deus uxorem Lot purificare, et liberare a contagione illius spurcissimae urbis, hac enim ratione praeciperet ei ab illa egredi, nec ad residuos illius incendii cineres oculos convertere; ipsa tamen contra divinum praecceptum illos convertit, et ideo continuo suae obedientiae poenam tulit. Sed observatione dignum est speciale illius poenae genus: non enim conversa fuit in statum lapidis, sed salis; in hoc enim non potest non latere mysterium aliquod. Sambucus in suis emblematis ait, quod cum senatores civitatum republicae, in qua divisionum animi, et rixarum pestis grassabatur, iuxta litus maris pertransierunt, quem ipse foderat, qui varios rivos aquae marinae ducebat in locum quandam profundum, quem ipse foderat; qui interrogatus, quid illo suo labore intenderet, respondit, aquam illam ac reliquam quae in mari erat dividere, ut hac ratione facile corrumpere, et in salem vertere: experientia enim ipsa illum docuerat, quod aqua marina a reliqua aqua non divisa, in salem nunquam convertebatur. Quo emblemate significare voluit, totam illius republicae corruptelam non alimunde oriri, quam ex animorum divisionibus, et variis contentio-nibus civium, qui sibi melius placentes, et suae voluntatis inordinati amatores in nullo alii cedere volebant. Hoc ipsum sae videtur contigisse uxori Lot: eduxit Deus de Sodoma illam, et virum eius, et filios omnes unanimes in ipsius Dei obedientia; at uxor Lot divisi se ab illis, et a Dei subiectione se subtraxit, volens respicere quod alii exercebantur, et ideo tanquam aqua marina ab alia divisa conversa fuit in salem. Hos homines durae cervicis per-similes esse hyenae arbitror, ut ait Isaias iuxta translationem Septuaginta: *Facta est haereditas mea quasi spelunca hyenae.* D. Chrysostomus (*homil. 16. super Marcum cap. 2*) loquens de illa, ait: *Hanc dicitur habere naturam quod spinam unicam habet, quae flecti non possit.* Denique si vertere se voluerit, tota convertitur,

nec enim potest se flectere, sicut cetera animalia. Eidem sententiae adstipulantur sanctus Hieronymus (*sup. Isa. 65. et Ierem. 12*), et Pli-nius (*lib. 8. cap. 13*). Huius conditionis sunt inobedientium et contumacium animi, qui nec se flectere ad praelatorum voluntatem, nec se flecti ab aliis sinunt. Contra vero faciunt verum obedientem, de quibus loquens Ezechiel (*c. 1*) sub sacris illis animalibus ait, quod ubi erat impetus spiritus, illic gradebantur, et nutui illos ducentis illa subditi erant, ut nec virga calcari, aut flagello opus esset, sed una divini Spiritus sibilatio sufficiebat, ut illic progredirentur, quo Spiritus ea ducebat. Promptitudi-nis horum animalium causam arbitror, quod singula quatuor facies habebant, quibus ad quatuor orbis partes respiciebant, Orientem, Occidentem, Septentrionem, et Meridiem: unde non magis unam plagam, quam alteram, sed omnes indiscriminatim cercebant, quia perfectam sectantes obedientiam indifferenter omnia munera obundo, et per varias orbis regiones, quibus Deo, et proximorum utilitati inservire possunt, absque speciali huius regionis affectione peragere non dubitant.

Ceterum ad meram Virginis obedientiam revertens, ut eius excellentia clarius nobis innotescat, operae pretium duxi varios huius virtutis gradus, quorum sancti Patres meminere, in medium producere et illustrare. Septem illi assignant, nimirum obedientiam spontaneam, simplicem, hilarem, velocem, virilem, humilem, perseverantem. De primo gradu spontaneae obedientiae loquitur David (*Psal. 53*): *Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo Domine:* ad idem alibi dicit: *Deus cor omnibus, ut colatis eum, et facialis eius voluntatem corde magno, et animo volenti:* cui enim animus volens deficit, licet rem praecceptam faciat, non tam obedit, quam fingit se obedire. Secundum obedientiae gradum ascendit, qui cum simplicitate obtemperat, hoc est, non inquirens, cur, quare, quia: idcirco Deus in Deuteronomio (*c. 3*) dixit: *quod praecipio tibi, hoc tantum facito, nec addas quiddam, nec minuas:* qui hoc modo obediunt, observant illud Sapientis (*Sop. 1*): *In simplicitate cordis quaerite Dominum.* Haec obedientiam simplicem, alii obedientiam caecam vocant; et merito, quia sicut caecus non se ducit, sed duci se sinit, nec curiose inquirat, cur magis hac via, quam alia ad destinatum locum ducatur; sic verus obediens in simplicitate cordis ambulans, non disquirat, nec explorat quae sibi praecipiantur, sed confidenter illa exequitur, Salomone dicente (*Proverb. 10*): *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter.*

In hac simplicitate obedientiae videtur defecisse Moyses, cui Deo praecipiente proficisci in Aegyptum, ut populum eius a Pharaonis servitute educeret, ipse re-nuens, mille replicas obiecit, ut illa loquar: quod ita valde Deo displicuit, ut sacer textus (*Exod. 3*) dicat: *Iratus est Dominus cum Moysse.* Ad hunc gradum obedientiae attingendum, optimum praebuisse documentum mihi videtur beatus Iesuitarum patriarcha in aurea illa epistola quam patribus suis scripsit, dum ait, subiciendum esse au-

tem obedientiae, ad eum fere modum quo subiectionem illum fidei divinae. Egredia sane similitudo, et omni acceptione digna: etenim sicut fides catholica non docet pari adorationis laetitia colendam Christi imaginem, sive aurea, sive lignea sal, quia adoratio non respicit materiam imaginis, sed prototypum per illam representantur; ita qui simplici obedientia pareat, non observat, sive praelatus aureus vel ligneus, doctus vel indoctus, nobilis aut ignobilis, bonus aut discolor, sed quicumque ille sit, pari obedientia ei obsecundat. Deinde sicut fides animum inclinat ad pari firmitate credendum tam exigua mysteria, quam magna ac profunda; nec enim minus creditur Tobiam habuisse canem, quam Deum esse Irimum et unum; cuius ratio est, quia aequae utrumque Deus revelavit, et consequenter propter eandem prorsus, et indivisibilem rationem utrique assentitur; per-simili ratione qui simplici obedientia praelati iussioni obtemperat, non minus exequitur parva, quam magna; non accuratius exercet munera honorifica, quam despecta; quia in omnibus obedit sub eadem ratione, quia Deus illa sibi praecipit, medio imperio praelati vices eius gerit. Ac tandem sicut ad credendum divina mysteria, opus est pia affectione voluntatis, ut unanimiter docent theologum cum d. Thoma, 2. 2. ita ad comparandum hanc obedientiae gradum oportet valde, ut voluntas curet piam habere affectionem tam erga praelatum, quam erga res ab illo praecceptas. Tertius gradus est hilariter obedire, et ut Paulus (*2. Corint. 9*) dixit: *Non ex tristitia, aut ex necessitate;* id enim servilem conditionem redoleat: unde idem Apostolus subdit: *Hilarem enim datorem diligit Deus:* quae verba videtur sumpsisse ex loco illo Ecclesiastici (*c. 35*): *In omni dato hilarum fac vultum tuum.* Equidem sicut cum rota curru stridet, signum est non satis unctam esse; ita qui cum tristitia, et murmure obedit, non obscurum argumentum praebet specialis Spiritus sancti unctioe carere, quia perfecti obediens inungitur: unde Ecclesiasticus ibidem inquit: *Præcordia fatui sicut rota curruis, quasi dicat, semper stridet, semper obmurmurat.*

Quartum gradum obedientiae, velox tenet obediens: sicut enim, ut ait David (*Psal. 147*) loquens de Deo: *Velociter currit sermo eius;* ita velocem sibi vindicat sui exequatorem. De illo Salomon (*Proverb. 22*) ait: *Vidisti hominem velocem in opere suo; coram regibus stabit.* Tale quidem se exhibuit David cum dicebat (*Ps. 118*): *Viam mandatorum tuorum cucurri:* et non contentus currere, alarum velocitatem desiderabat (*Psal. 55*): *Quis dabit mihi pennas ad columbae, et colabo?* Tales se praebere strenui illi milites, qui audientes Davidem dicentem (*2. Reg. 23*): *Quis mihi daret aquam de cisterna Bethlehém, continuo per media castra irumpentes, nullo praecedente praeccepto, sed sola regis insinuatione, brevissimo tempore desideratam aquam eius ori obtulerunt.* Tales etiam se exhibere Petrus, Andreas, Iacobus, et Ioannes, qui a Christo Domino semel vocati: continuo relictiis rebus sequuti sunt eum. Talem etiam se praebere Zachaeum desideravit Christus Do-

minus, cum ei dixit: *Zacchaeus festinans descende*. Eam certe velocitatem verus obediens observare debet, qualem globus perfecte sphaericus, qui positus super perfectum planum, continuo absque ulla interruptione movetur: vel eam, quae generosae indolis equus absque calcari illum pungenti, sola tenui virga minante velocissimum peragit cursum: vel eam, quam humana membra ad nutum voluntatis exercent: vel certe illam, quae inferiores orbis ad motum primi mobilis absque ulla mora moventur. In hac obedientiae velocitate deficientes aperte satis mihi videntur redargui a Domino per Isaiam (c. 28): *Manda, remanda, expecta, reexpecta: modicum tibi, modicum tibi*. Voces istae voces sunt tardi, et pigri obedientis, Deo valde invisae.

Quintus gradus est, viriliter et fortiter obedire: quia cum virtus circa difficulta versetur, ut dicit Aristoteles (lib. 2. ethic.), eo certe excellentior erit obedientia, quo ceteris paribus difficultior fuerit res praecipita. Ideo David dicebat (Psalm. 30): *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum*. Aegyptii ut fortiter, et viriliter obedientem desiderarent, caenum gallicum depingebant leporem velocissimo impetu insequentem, qui tamen sibilo aut voce domini illum vocantis audita, propriae inclinationi vim inferens a venando lepore se abstinere: non dissimiliter perfectus obediens, etiamsi quae iubentur, pugnent cum propria eius inclinatione, ita ut voluntas renuat, appetitus recalcitret, membra etiam corporis ea exequi perhorrescat, illa nihilo secius vim propriae naturae inferens exequationi mandat. Huius generis obedientiae mirabile exemplum nobis exhibuerunt Rechabites: nam cum Ieremias propheta (c. 35) illos ad bibendum invitaret: *Bibite vinum*, illi responderunt: *Non bibemus vinum, quia Ionadab filius Rechab pater noster praecipit nobis dicens: non bibetis vinum vos, et filii vestri usque in sempiternum, et domum non aedificabitis, et sementem non seretis, et vineam non plantabitis, nec habebitis*. Quis non videat difficultatem huius praeccepti, per quod ut bonis privari, et multa incommoda perpeti iubebantur, et nihilominus tamen viriliter obediens omnia illa impleverunt? Adeoque hoc genus obedientiae placuit Deo, ut non solum in exemplo adducto Israelitarum inobedientiam exprobareret: *Prævaluerunt sermones Ionadab filii Rechab, quos praecipit filiis suis, ut non biberent vinum*, et non biberunt usque ad diem hanc, quia obediunt praeccepto patris sui, *Ego autem loquutus sum ad vos, et non obediistis mihi; sed ipsos multis beneficiis cumulavit, et aperte indicant verba ultima eiusdem capituli (Ierem. 35): Haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Pro eo quod obediistis praeccepto Ionadab patris vestri, et custodistis omnia mandata eius, et fecistis universa quae praecipit vobis: propterea haec dicit Dominus exercituum, Deus Israel: non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu eius multis diebus*. Atque hinc elicies, quam verum sit illud antiquum proverbium, cuius meminit auctor proverbiorum Chilian. 4. *Obedientia felicitatis est mater*, quod David praedixerat (Psalm. c. 1),

dum loquens de humiliter obedientibus legi divinae, inquit: *Omnia quaecumque faciet, prosperabuntur*. Hos fortiter, et viriliter obediens adamussim praefragatur intueor libro primo Re. um, ubi sacra narrat historia, quod licet vaccae sustinentes arcam grave pondus portarent, ita ut prae dolore mugirent; recto tamen tramite gradiebantur, in obliquas vias minime declinantes: sic enim ait sacer textus (1. Reg. 6): *Ibant autem in directum vaccae per viam, quae ducit Bethames, et itinere suo gradiebantur, pergentes, et mugientes, et non declinabant nec ad dexteram, nec ad sinistram*. Sanctus Gregorius (7. Moral.) docet, per vaccas istas viros iustos, et obediens denotari, qui divinae legis iugo colla submittent, difficultatis illius pondus humeris suis gestant. Hi quamvis carnis rebellionem ac renitentiam praesentiant, et quantumcumque etiam passiones mugiant, et inordinati affectus fremant, semper tamen ulterius pergunt, non declinantes ad dexteram, nec ad sinistram. Hi sunt, de quibus Paulus (ad Rom. 1) dixit, quod *Spiritu Dei aguntur*: instar sacrorum illorum animalium, de quibus ipse (Ezechiel. c. 1) ait, quod *ibant in simultudinem fulguris coruscantis*. Ibant autem hoc modo, difficultates omnes superantes, quia *ubi erat impetus spiritus, illic gradiebantur*. Ita sane contigit Abrahamo: praecipit illi Deus, ut proficiscatur in Chaldaeam, deinde in Palaestinam, postea iter arripit in Aegyptum; continuo omnia illa exequitur. Rursus iubet ut Ismaelem filium, et matrem eius, e domo sua excludat: *Ecce ancillam, et filium eius*; deinde imperat illi, ut Isaac amantissimum filium sibi in holocaustum offerat, et confestim eadem nocte abiit in montem, ut in victimam illum Domino offerat. Ecce ubi impetus spiritus erat, illic gradiebatur, et quo divini praeccepti impulsus illum ferebat, libenter se ferri sinebat. Imo sicut lapis recipientis impulsus a movente, sursum illum impellente, licet aliquo id naturae suae gravitati consentaneum non sit, nihilominus tamen in quamcumque partem mittitur, eo tendit; ita quicumque perfectus obediens, natura ipsa aliquoquid renitente, difficultatem rei praecceptae superans, fortiter, et viriliter praelati insurrectionis parat, a cuius manu impetus recipit, ut tendat quo ipse vult.

Sextus deinde gradus obedientiae est humiliter, et submisso obedire: sicut enim superbia reliqua opera quantumcumque bona maculat, ac deformat, ita obedientiam extenuat, et obscurat; unde divus Augustinus (reg. c. 5), universalem huius infestissimi monstri stragem animadvertens dixit: *Superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant*. Et quidem si rem attente perpendamus, nihil praeter formalem inobedientiam videtur magis quasi e diametro cum obedientia pugnavit, quam superbia, cum per illam collum legis iugo suscipiendo inclinetur et demittatur; per hanc vero in sublimem elevetur, et erigatur.

Ultimus gradus obedientiae est perseveranter obedire: cum dixit Dominus, obedientiae corona perseverantia est, id enim sibi praesefert verba illa (Matt. c. 10): *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Hoc obedientiae

genus docuit nos supremus magister ex cathedra ligati, a qua pendebat obediens ibi usque ad mortem, mortem autem crucis: unde cum invitatus fuisset a Iudaeis, ut ab illa descenderet de cruce, minime annuit, sed perseveravit in ea usque dum ex divino consilio ab illo depositus fuit.

Nunc ergo iam expendamus quam celeri cursu sacra Virgo per hos omnes obedientiae gradus descendit. In primis spontanea, et non coacta fuit eius obedientia, cum requisita ab angelo de consensu in conceptione Christi virgineo eius thalamo (Lucae 10): *Fiat mihi secundum verbum tuum*, respondit. Simplicitate deinde non caruit; cum enim legisset verba illa Davidis (Psalm. 44): *Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, et concipies rex decorem tuum*; quasi sibi soli dicta putaret, confinio virginitalis votum emisit, ut lib. 3. late ostendimus, per quod oblita fuit populum suum, nullam curam habens de eius propagatione, quae tunc temporis ardentem desiderabat: oblita est etiam domum patris sui, in domum Domini tricenis veniens, ubi usque ad nubes permansit animo, nihil faciens, quod nullum domus suae haereditatem relinqueret. In cuius figuram praecessisse opinor Ruth pulcherrimam foeminam, quae desepxit populum suum, et domum patris sui, et venit ad terram quam antea nescibat. Unde Boaz dixit ei (Ruth 2): *Reddat Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, et sub eius confugisti alas*. Hilaritas deinde in Mariae obedientia minime desiderabat, quae alta voce cecinit (Lucae 2): *Excultavit spiritus meus in Deo salutaris meo*. Nec debita velocitate caruit, quae post legationem angelicam mature consideratam summa promptitudine respondit (Luc. 1): *Ecce Ancilla Domini*. Adverbium enim illud demonstrativum: *ecce* argumentum fuit. Unde cum edictum imperatoris Caesaris sibi innotuit, ut describeretur universonis orbis, quamvis aliquoquid graviora, iter confestim arripuit ad parentem regis iussioni; et cum a sponso Ioseph repente admonita fuit, opere eum comprimunt in Aegyptum proficisci, nihil prosorsu moratur, sed statim ad iter se accinxit. Fortitudo insuper obedientiam Virginis exornavit, cum Simeone illi dicente (Luc. 2): *Tuam ipsius animam pertransibit gladius, ex patris obedientia filium suum matutino sacrificio in templo, vespertino in monte Calvariae immolandum virili adeo animo Domino obtulit, ut merito de illa dicatur (Proverb. 31): Manum suam misit ad fortia*. Et quidem si de Abrahamo inquit d. Chrysostomus (hom. 25. ad pop. Antioch.): *Non enim quoniam prompte paruit, existimare debemus sine dolore talia sustinuisse: licet enim mille iustus fuisset, sicut et erat, erat tamen homo, et naturae iura gerebat*. Tanto certe maiori fortitudine obedientiam beatae Virginis in offerendo Unigenito suo, quam obedientiam Abrahami opus erat constabilius esse, quanto intensior pariter et tenerior erat illius amor erga Christum amore patriarchae Abrahamae erga Isaac. Et quidem si de eodem

subdit sanctus idem Chrysostomus: *Verumtamen horum nihil eum prostravit, sed stabat tanquam generosus nobilitis athleta*; Ioannes (c. 19) etiam de beata Virgine testatur: *Stabat iuxta crucem Iesu Maria Mater*: aliter stabat Abraham, stabat futuram filii mortem metuens; Maria praesentem, profusus lacrymis intuens. Quis autem non videat maiori opus esse fortitudine ad malum praesens, quam ad futurum sustinendum? Rursus nec humilitas defuit Mariae obedientiae, quae individua comes erat omnium suorum operum: quomodo enim non humiliter obediret, quae Matris Dei dignitate a celesti paronymo sibi oblata humilem se nuncupavit servam, vilem et abiectam, ut variis argumentis lib. 5. illustravimus. Denique beata Virgo perseverantiae diademata suae imposuit obedientiae, cum ab instanti suae conceptionis usque ad extremum vitae halitum divinae voluntati semper paruit, ut sacrum concilium Tridentinum (can. 24) testatur, adeo ut neminem exactius illa sacrificium animalis cum cauda, ut olim Deus sibi immolandum praecipiebat, unquam obtulisset, aut obtulatum fore merito mihi persuaserim. Ipsa igitur sola fuit, quae ad nunquam inter omnes puras creaturas implevit illud Davidis (Psalm. 118): *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*: Originalis obstaculum habet, *valde vehementer*, quae satis ostendunt particulam *nimis* non vitium, sed exactam observationem significare. Unde d. Augustinus (in comm. hui. loc.) inquit: *Quid est, Tu praecipisti mandata tua custodiri nimis? Utrum nimis praecipisti, an nimis custodisti? quodlibet horum intelligimus, contra illam memorabiliter nobilemque sententiam dictum videtur: Ne quid nimis. Si enim hoc verum est, ut ne quid nimis fiat; quomodo verum est, quod hic dicitur: tu mandasti mandata tua custodiri nimis? verum aliquando latina lingua hoc verbum sic utitur, ut *nimis* pro eo, quod est valde, sit positum in sacris literis, et ponimus in sermonibus nostris. Sed pro dolor! nos in observantia divinae legis nihil curamus hoc *nimis* apponere: tam enim parum liberales, tam multum avaros nos exhibemus in implendis divinis praecipis, ut dum illis paremus, aliquid illorum nobis fuere remur. Rem sacram audimus, sed reverentiam debitam struppimus; preces fundimus, sed attentionem individuum eius comitem subtrahimus; elemosinam largimur, sed popularum auram desideramus; ad confessionis sacramentum accedimus, sed propositi nunquam reincidendi firmitatem non habemus; iniurias inimicis remittimus, sed ore lenus, cum ira et odium fixa in corde remaneant. Heu! quam longe absumus ab illa perfectione: *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*. Ceterum in praesenti purificationis opere, in eo praecipue insignis M-riae obedientia praefulget, quod cum lege illa non teneretur, non minus perfecte cum implevit, quam si ad eam solam adstringendam imposita fuisset. Cognovit divus Paulus, imo et exequi sollicitus fuit hoc supremum obedientiae genus, cum facultate sibi per legem concessa aliquid in concionibus e-leemosynae causa ad proprium victum recipere, nihil tamen recepit, quia id apostolico con-*

cionatore dignius, et gloriosius putavit, ut ipse testatur, dicens (1. Corinth. 9): *Quis militat suis stipendiis unquam? quis plantat vineam, et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat? Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestrae participes sunt, quare non potius nos? sed non nisi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ut quod offendiculum demus evangelio Christi. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quae de sacrario sunt, edunt; et qui altari deserunt, cum altari participant? Ita et Dominus ordinavit iis qui evangelium annunciant, de evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi haec, ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet: quod expendens D. Chrysostomus: *Non dicit, inquit, bonum est mihi magis mori, quam ut legem meam quis solvat, sed quam, ut gloriam meam quis evacuet. Ne quis diceret, quod non laeto animo id faceret, idque gloriam appellat: tantum abest, ut conqueratur, quoniam et gloriatur, et mori vult potius quam huiusmodi gloriam amittere. Deinde adiungit Paulus non esse magnam gloriam servare ipsum praeceptum, sed aliquid supra praeceptum facere: Si evangelizaverit, inquit, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit: vae autem mihi est, si non evangelizaverit. Quae est ergo merces mea? ut evangelium praedicans sine sumptu ponam evangelium Christi. Cum enim Paulo impositum esset praeceptum concionandi, alii gloriam suam non in eo positam esse, quod praedicaret, cum ad id praecepto teneretur; sed in eo consistere, quod sine sumptu, et stipendio praedicaret, id quod ipsi minime praeceptum erat: Quasi dicat, inquit Chrysostomus, non est mihi gloria praedicare, quoniam id mihi praeceptum est, sed sine sumptu evangelium ponere, quod est meae voluntatis officium. In hoc ergo supremo genere obedientiae, in quo Paulus proficere satagebat, discretissimum exhibuit se magistram beata Virgo in die purificationis, cum lege illa non adstricta, legem adamussim implevit; et id quod aliae puerperae ob vulgarem morem, vel ex timore legis in adeundo templo, in offerendo munere, in redimendo filio, ac demum in observando legalis observationis ritu faciebant, ipsa quidem singulari obedientiae amore incensa sibi faciendum putavit. Hanc Marianae obedientiae excellentiam respiciens sponsus in suo epitaphio dixit (Cant. 1): *Collum tuum sicut monilia. Apte obedientiam appellat collum, cum hoc obedientia faciat submittere ad portandum omnia praecepti sibi impositum: subdit, sicut monilia; monile enim ornamentum pectoris est e collo appensum, pendente gemmam habens atro inclusam: vere enim obedientia Virginis e collo per subiectionem dependens pectus eius exornabat, Christumque gerebat, qui gemma est pretiosissima, ex collo ad pectus pendente. Notanter autem arbitrator dixisse: *Collum tuum sicut monilia*, et non, *collum tuum ornatum est monilibus*, ut significaret certe tantum pulchrum esse eius collum, ut ipsamet monilia: atque adeo nullo externo ornata ad pul-***

chritudinem suam ostentandam indigere, sed ipsam per se ipsum instar omnium monilium omnem in se ornatum continere, quod maxime extitit Virginis obedientiam, quae per se fuit pulcherrima, Deoque gratissima. Totam hanc expositionem elicio ex doctrina Origenis (hom. 2. in Cant.), ubi quamvis loquatur de Ecclesia, omnia tamen aequè bene quadrant in Virgine: verba eius haec sunt: *Cervix ergo tua speciosa facta est sicut dimineula: dimineula enim sunt connezziones monilium, quae in cervicibus sedere solent, ex quibus descendit per omne collum reliquus ornatus. Cervicem vero dicitur subiectionem, et obedientiam, eo quod quasi iugum Christi suscipiat, et fidei eius obedientiam praebet. Ornamentum ergo cervicis eius, quae est obedientia, Christus est: ipse enim prior factus est obediens usque ad mortem. Ornamentum ergo et monile cervicis sponsae obedientia Christi est; haecenus Origenes. Verum ut magis adhuc sponsus obedientiam Virginis commendaret, eburnae turri eam comparat (Cant. 7): *Collum tuum sicut turris eburnae. Turrim vocat illam, propter inexpugnabilem eius fortitudinem ad vincendas difficultates, et expugnandos hostes, divinae legis observantiam impediens. Ut enim dixit Salomon (Proverb. 21): Vir obediens loquatur victorias, victorias inquam non solum exterorum hostium, sed et sui ipsius praecipuae, divo Gregorio dicente (lib. 34. moral.): Vir obediens loquatur victorias, quia dum alienae voci humiliter subinquit, nosmetipsos in corde superans. Atque huc facit quod de throno Salomonis beata Virgine admirabante, quae regalis thronus veri Salomonis Christi Domini extitit, lib. 3. Regum legimus, duodecim leones ex utraque parte thronum ipsum ambiebant. Quod non obscure significabat leoninam fortitudinem beatae Virginis, quae inter ferocissimos obedientiae difficultatum leones incedens, omnes illos, ut divinae voluntati obsecundaret, fortiter superabat, et expugnabat. Comparat autem sponsus obedientiam Virginis turri eburnae propter eximiam puritatem, et innocentiam, quam eius obedientia coniunctam habebat. Hanc enim, si perfecta est, comitari debet vitae sanctitas, et indemnitatis, ut egregie delineatum fuisse putat divus Gregorius in eo quod amici, et cognati Iob et ovem unam, et inaurum unam obtulerunt: quia enim obedientia ex auditu est, recte per inaurum, quod aurum est ornamentum, exprimitur. Legitur amici Iob obtulerunt et ovem unam, et inaurum unam. Quoniam innocens mentibus ornamentum obedientiae iungitur. Quare Iob nemo inaurum sine oee, nemo ovem sine inaurum obtulit, quia Redemptori suo non obedit, qui innocens non est; et innocens esse non potest, qui obediens contemnit. Quia vero ipsa obedientia non servili motu, sed charitatis affectu servanda est; idcirco inaurum obtulerunt, ut videlicet in quae exhibetur obedientia, charitas fulgeat, quae virtutes omnes, quasi aurum cetera metalla, transcendit.**

Ad extremum illud non parcam dicere ad Marianae obedientiae excellentiam magis deducendum, quod d. Ioannes propriae obedi-

tiae memor, beatae vero Virginis quasi immemor, latenter tamen et subobscurè illam mirifice commendavit. Cum enim Christus Dominus Virginem in matrem Ioanni, et Ioannem in filium Virgini dedisset, evangelista solum dixit: *Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam*; cur quae Ioannes se obediens narrat, et non Virgine? Cur non ait, et illa hora accepit eum in suam, sicut de se inquit, *ex illa hora accepit eam in suam*? Arbitror Ioannem divinitus illustratum id fecisse, ut significaret perfectissimam eius obedientiam, ac summam Marianae voluntatis cum divina conformationem. Certe cum Ioannes in colligatione Christi cum reliquis discipulis aufugisset, cum dexteram Christi ambisset, divinam voluntatem suae conformari cupiens, cum demum unus ex illis discipulis esset, quos ascensionis suae proximus Dominus, tanquam stultos, ac tardos ad credendum increparet, oportuit expressè dicere de se, Christi mandato statim obedisse: *Ex illa hora accepit eam discipulus in suam*; de beata autem Virgine similia verba proferre supervacaneum putavit: nam Christo ei praecipiente, ut reciperet ipsum Ioannem in filium, tanquam indubitatum ac certissimum reliquit, illam perfectissime eidem paruisse, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Prosequimur causam purificationis beatae Virginis, ostendentes ex affectu humilitatis, quae in ea mirifice viguit, illius legi se subiecisse.

Inter eos, qui humilitatis virtute mirifice claruerunt, sacra eloquia connumerant in veteri lege Abrahamum, et Davidem; in lege vero Ioannem Baptistam, et Paulum. Abraham quidem, licet alioquin tanta sanctitate conspicuus, ut de eo dixerit Spiritus sanctus (Ecclesiast. 44): *Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi*; illa se demittebat in divino conspectu, ut diceret (Genes. 18): *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, et cinis*: David adeo se humiliavit, ut coram arca luderet (2. Reg. 6): *Ludam, et vilior fam, plusquam factus sum*: Ioannes Baptista ita se demisit, ut diceret (cap. 10): *Non sum dignus, ut solvam eius corrigiam calceamenti*: et voci quae repente evanescit, qua nihil futillius, se comparavit dicens (Ioan. 10): *Ego vox clamantis in deserto*: ac tandem Paulus, licet alioquin vas electionis vocatus a Deo, et in vinea Domini plus omnibus laborasset, nec non usque ad tertium coelum raptus fuisset, ubi iuxta sententiam D. Augustini, d. Thomae, et gravissimum theologorum, vidit clare divinam essentiam; nihilominus tamen ipsa propria existimatione sibi vilescerat, ut diceret (1. Cor. 15): *Minimus sum omnium Apostolorum, et non sum dignus vocari Apostolus. Verum si omnium istorum humilitas cum Mariana humilitate conferatur, longe hac inferiori esse comperiemus.*

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. II.

Etenim si Abraham dicebat (Gen. 18): *Loquar ad Dominum, cum sim pulvis, et cinis*; ita sane id erat iuxta divinam sententiam (Gen. 3): *Pulvis es, et in pulverem revertaris*: et minus quidem quam pulvis in conspectu Dei erat, Isaias dicente (c. 40): *Omnis gentes quasi non sint, sic sunt coram eo*: et si David dixit: *Ludam, et vilior fam plusquam factus sum*; affectum humilem laudo, tamen tunc non videtur vilior factus, quam fuerat, cum ante pastorem ovium fuisset, quem minime decebat ludere, et sallare. Si item Ioannes Baptista indignum se putabat calceamentum Christi solvere; quid mirum, cum et supremi seraphini, ut vidit Isaias, verecundior in conspectu tantae maiestatis adesse: quod si se vocem nuncupavit, cognomen gloriosum assumpsit, cum vox Christi esset, ipsum aeterni Patris conceptum exprimens, et Dei praecisus munere fungenter: ac demum si Paulus minimum Apostolorum, et Apostoli nomine indignum se vindicabat, sciebat quidem persequutum fuisse Ecclesiam Dei, per quod ad apostolatus culmen evehendum hanc dignum se constituerat. Beata autem Virgo, licet alioquin in splendoribus sanctorum concepta, plusquam angelica puritate nitens orta, omnis tam spiritualis, quam corporalis maculae expertis, involutatae mente, et corpore semper manens, ad celissimam Dei Matris dignitatem evecta, quo nihil excellentius, excepta unione hypostatica cum divina persona dici potest, adeo se despexit, humiliat, ac demittit, ut purificationis legi se subiecisset, et velut instar reliquarum foecinarum per quadraginta dies se domi contineret, nec in templum ingrederetur, et factio ipso se ostendat legali illa purificatione indigere, ad abstergendas sordes, quae ex viro concipientes contrahere solent. In quo sane videtur mihi perfectissimum humilitatis gradum attigisse: licet enim quidam se humiliter, ex variis tamen circumstantiis id ex humilitate proficiens deprehenditur; cum vero quis ita se gerit, ut alii nullam opinionem de eius voluntaria abiectione concipiant, nec id quod facit, putent ex humilitate, et modestia procedere, tunc mirifice eius humilitas splendet. Quod duplex humilitatis genus D. Bernardus (serm. 42. in Cantica) pendens sapienter dixit: *Est humilitas, quam nobis veritas parit, et est humilitas quam charitas format, et inflamat. Atque haec quidem in affectu, illa in cogitatione consistit: etenim tu si tenetissimum intus ad lumen veritatis, et sine dissimulatione inspicias, ac sine palpatione diiudices, non dubito quomodo humiliteris; et tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quamvis nec dum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum, etc. Nam si veritatis ipsis, quae tibi reverenter atque salubriter demonstravit, sic ut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisse, voluisses, proculdubio quomodo te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis, etc. Vides igitur non esse id ipsum hominem de se ipso non altum sapere veritatis lumine redargutum, et humiliter sponte consentire munere charitatis adiutum: id quod confirmat exemplo Christi, qui hoc humilitatis gradu semetipsum humiliavit:*

etenim, ut dicitur (ad Philip. 2), *semetipsum exinanivit*, etc. ipse se humiliavit non necessitate iudicii, sed charitate nostri: voluntate enim humilis fuit, et non iudicio, qui talem se obtulit, qualem esse nescivit; magis autem placuit minorem reputari, qui se summum non ignorabat. Denique ait: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde*. Corde dixit cordis affectu, id est voluntate. Itaque necessitatem exclusit, qui voluntatem confessus est. Non enim quomodo ego, vel tu, invenimus nos in veritate dignos dedecore, et contemptu, dignos omni extremitate, et inferioritate, dignos etiam supplicis, dignos plagis: non inquam, ita et ille: quae tamen omnia expertus est, quia voluit tanquam humilis corde; humilis videlicet illa humilitate, quam cordis sensit affectu, non quam extorsit discussio veritatis. Verum alius repetens excellentiam Marianae humilitatis, humilis fuit mente, ore, et opere: humilis in cogitationibus, humilis in verbis, humilis in factis. Mente quidem adeo humilis, ut idem Bernardus (hom. pri. sup. Misus) non dubitavit dicere: *Et si placuit beata Virgo ex virginitate, tamen ex humilitate concepit: et rursus sic subiungit: Si Maria humilis non esset, super eam Spiritus sanctus non requiescisset: si super eam non requiescisset, nec improprie dicitur: quomodo enim de ipso sine ipso conciperet? patet itaque quia ut de Spiritu sancto conciperet, sicut ipsa perhibet, respexit humilitati ancillae suae Deus, potius quam virginitati*. Humilem autem fuisse verbis, satis utique indicant illa quibus legationi angelicae respondit (Lucas 1): *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum*. Nulla sane his humiliora verba proferre potuisset, cum in domo magni principis inter omnes domesticos, servae et mancipia abiectissima omnium censeantur. Factis denique nemo inficiari poterit, profundae humilitatis beatam Virginem perfectissimum sectatorem extitisse: nam praeterquam cum in caenaculo esset pariter cum discipulis Christi, et aliis religiosis foeminis, ipsa novissimum omnium locum elegit, ut constat ex Actis Apostolorum, ubi haec verba legitur: *Et cum introissent in caenaculum, ascenderunt, ubi manebant Petrus, et Ioannes, Iacobus, et Andreas, Philippus, et Thomas, Bartholomaeus, et Mattheus, Iacobus Alphaei, et Simon Zelotes, et Iudas Iacobi*. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria matre Iesu. Ecce beata Virgo postponi voluit se omnibus illis Christi discipulis, tam viris quam foeminis, inter quas sine dubio aderat Magdalena, quae fuerat in civitate peccatrix, ut recte adnotavit Guericus (lib. 1. de sacro regno Mariae): praeter hoc inquam, quis non miretur, quam in die purificationis Maria ostendit humilitatem, dum quae angelis purior erat, quasi a sordibus emundari indigeret, purificationis remedium, ad eas absterendas assumpsit? Huius certe humilitatis mentis, oris, et operis, quam beata Virgo toto vitae suae decursu exercuit, praeclearam figuram extitisse arbitror reginae Esther humilitatem: nam sicut illa ante pedes regis Assueri procidens, ut illum in re-

gali solio existentem ad se inclinari quasi compelleret; ita beatissima Virgo in propria sua existimatione magis ac magis vilescens, adeo se humiliavit, ut non velut Esther regem Assuerum, sed Regem angelorum, et Dominum inclinari, et humiliari, et usque ad tenebras utri sui demitti faceret. Deinde sicque Esther permixta fuit lunae; unde festum Esther, quod a Iudaeis solemniter colitur, fas non erat celebrari nisi in die novae lunae, quia sicut illa, cum plena est, decrescere incipit, quod certum quoddam humilitatis symbolum praesertim; non secus Esther quando amplius a rege Assuero se amari, et exaltari experiebatur, tanto magis ipsa animum demittebat, et ad pedes eius se provolvebat. Ad eundem proculdubio modum beata Virgo quanto se magis a Domino diligi, extolli, et angelis omnibus praeferi agnoscebat, tanto accuratius se humilians, et instar plenae lunae, iuxta illud (Lucas 1): *Ave gratia plena*, in propria existimatione decrescens, purificationis legi, quam nime egubat, et cui obnoxia non erat, quia pro violatis duntaxat foeminis lata erat, se humiliter subiiecit.

Tamen ut haec ad mores nostros informandos convertamus, observandum censui, quod, ut naturalium rerum historiographi tradunt, et experientia etiam ipsa satis comprobant, plerumque ventura, et animantia tempore decremendi plenissimi decrescunt; in arboribus quidem humor minuitur; pupillae simiarum minorantur; in fellibus potentia visiva infirmatur; conchilia marina vacua inveniuntur: solum caepa in decremento lunae crescit, et plenior fit. Et idcirco sacerdotibus Aegyptii illi ut detestabili cibo nunquam vescerentur, hoc genere cultus illam venerantes, quam ut deam colebant. Eo, proh dolor! superbae mentis nostrae tumor processit, et excrevit, ut mirabile hoc Marianae humilitatis exemplum, quod in die purificationis beata Virgo nobis praebuit, intuentes, non solum in nostra existimatione non minoremur, et in oculis nostris decrescamus; sed velut agrestis caepae naturam, et conditionem induentes, quanto haec pulchra luna Maria magis per humilitatem decrescit, et se demittit, tanto amplius nos per superbiam augemur, et in sublime erigimur, volentes potius, o miseri, matrem antiquam Hevam imitari quaerendo excusationes in peccatis, quam nos humiliter, novam Hevam, Mariam solliciti, aemulari, eiusque vestigia sequi. Heva quidem praeveraricationis mater peccavit, et propterea se excusavit, Maria vero mater Redemptoris non peccavit, et quasi immunda esset, purificationis legi obtemperavit; verum illam excusatio perdidit, et maledictioni subiicit, hanc autem humilitas bevavit, et benedictam in mulieribus effecit. O detestandum humanae mentis superbiam! abiectionis fugam omnis postestatis: unusquisque dicit, non serviam. Quae-nam peto nunc humilis subordinatio in republica, in domibus privatis, in scholis, in monasteriis, et ecclesiasticis congregationibus? Sibi quisque vult praesce, et sibi parere; puertia ferocit, juvenis lascivit et contumax ac effraenata intumescit, sic a parentibus edocia:

ac tandem sicut ille alter propheta dixit: *A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas*: ita sane ad vos, o superbae foeminae, sermonem convertens, nihil vestrum in-tuitur, quod humilitatem sapiat, nihil quod elationem potius, et superbiam non redoleat. Si ornatum capitis attendo, doctrinam principis Apostolorum contemnis, dicentis (1. Petri 3): *Non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri*. Si prophanum vestimentorum cultum aspicio, Ecclesiasticus (c. 11) vos increpat: *In vestitu ne gloriaris*. Si oculos vestros, Salomon egregie illos describit (Proverb. 30): *Generatio, cuius excelsi sunt oculi, et palpebrae eius in alta subreatae*. Si collum erectum attendo, ecce de vobis prophetavit Isaias (c. 3): *Filiae Sion ambulaverunt extento collo*. Si superba verba ausculto, consilio Annae matris Samuelis minime acquiescitis, dum dicebat (1. Reg. 2): *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes*. Si tandem ad pedum gressus me convertito, propheta Isaias (c. 3) his verbis eos depingit: *Filiae Sion pedibus eius, composito gradu incedebant*. Non sic beata Virgo: humilis in oculis (Psalm. 13): *Nec elati sunt oculi mei*: humilis in verbis: *Ecce ancilla Domini*: humilis in auditu (Psalm. 44): *Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam*: humilis in gressibus, visitans Elisabethum, ut ei inserviret (Luc. 4): *Abit in montana cum festinatione*: humilis in vestitu, quae omni ornatu semper caruit, imo non alio utebatur colore, quam nativo ipsius lanae, ut non semel legi. Ad hanc Mariae humilitatem sponsus respiciens variis metaphoris illam significavit, ex quibus duplicem nunc apponam. Prima est a collo desumpta (Cant. 7): *Sicut turris eburnea collum tuum*. Collum humilitatem eius designat, quia per illam veluti per collum omnibus se subiiciebat, ut Rupertus (lib. 6. in Cant.) observavit; subiungitque humilitatem Virginis fuisse eius arma, eiusque fortitudinem, et idcirco turri eburnae comparari: in ebor enim viget maxime soliditas, et fortitudo, ad quod comprobandum, inquit, fortitudinem Moysis qua quasi ligatum Deum tenebat, cum ei Dominus dixit (Exod. 32): *Dimitte me, ut irascar*; nec non fortitudinem Iacob, qua contra Deum praevoluit, fuisse eximiam eorum humilitatem: verba illius sunt haec: *Qua fortitudine luctabatur iste, vel ille? profecto humilitate*: nam de Moysae dicitur: *Humilis electus, nisi estisset in confractione*: id est, ut ipse exponit, in excimia mentis humilitate, per quam animus flectitur, et quodammodo frangitur. De Iacob autem, cum dictam fuisset per Oseam (c. 12): *In fortitudine sua directus est cum angelo, et invocavit ad angulum: festinavit fortitudinem eius exprimens, propheta subiunxit, flevit et rogavit eum*. Igitur, o dilecta, collum tuum, quod est humilitas tua, turris est eburnae, id est fortissima, atque pulcherrima. Vel dicamus, sponsum humilitatem Virginis turri comparasse, tum quia sicut turris excelsior est reliquis domibus urbis, ita humilitas Virginis omnium sanctorum humilitatem longe transcendit: addit autem eburnae, quia ebur dens est elephantis valde formidabilis; nihil autem magis perhorrescunt daemones, quam humilitatem, ut d. Antonius

docuit, Athanasio id referente in eius vita: quod si aliorum sanctorum, quanto magis Deiparae Mariae humilitas tremere facit superbas daemones? Illud tamen difficultatem parit, quod sponsum humilitatem, quae ad inferiora et abiecta inclinat, sublimi turri eam comparet. Verum hanc difficultatem facile quinquam evacuabit, si attendat per humilitatem hominem exaltari, et per superbiam depimi, iuxta Christi Domini sententiam: *Qui se humiliat, exaltabitur; et qui se exaltat, humiliabitur*. Unde egregie divus Gregorius (super illa verba Iob. 5). *Qui ponit humiles in sublimi, inquit: Humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substerant, altae mentis iudicio cuncta temporalia transcendunt; et cum se indignos in omnibus aestimant, rectae cogitationis examine huius mundi gloriam transcendentes calcant*. Secunda metaphoram est illa (Cant. 7): *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filiae principis!* Scio Guillelmum nobilem auctorem (in com. hui. loc.) in hunc modum illum interpretari: *Vocat enim in primis filiam principis, illius virtute de quo Isaias: princeps, inquit, et quae digna sunt principe cogitabit: quae autem digniora sunt principe, quam*

Parcere subiectis, et debellare superbas?

Insinuat igitur apostolus Iacobus principem ea quae digna sunt principis, cogitantem cogitationes scilicet pacis super subiectos, et afflictionis super superbas. Deus, inquit, superbis resistit, et humilibus dat gratiam. Huius itaque principis, qui et princeps principum in Daniele appellatur, filia est ipsa quae genuit principem; eadem filia per gratiam adoptionis, et mater per veritatem carnis. Plane a Domino novum factum est super terram: filia circumdedit, hoc est in utero clausit, patrem suum. Is igitur qui eius et pater est secundum spiritum, et filius secundum carnem. O filia, inquit, principis, quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis non simpliciter pulchri, sed cum admiratione, quam pulchri quo excellens, et singularis gressuum eius pulchritudo signatur. Multae enim sunt filiae principis per gratiam adoptionis, et omnes pulchrae graduntur: omnium sunt pulchri gressus in calcamentis; verum illa est excellenter filia principis. Neque enim in tantam adoptionis gratiam crescere potuisset, nisi auctorem gratiae genuisset. De sua carne dedit principis substantiam carnis, et ab eo accepit vicissim praerogativam gratiae amplioris: idcirco non dicuntur simpliciter pulchri gressus eius, ut ceterarum filiarum principis, sed quam pulchri, hoc est, quam puri, et mundi affectus eius. Non enim pernicitate pedum, sed puritate affectuum ibat de virtute in virtute, in visum Deum deorum in Sion. Erat autem in eundo cuncta, sanctorum antiquorum exemplis informata. Quid enim sum praecedentium exempla patrui, nisi quaedam tanquam ex pellibus mortuorum animalium spiritualia calcamenta? Denique praecleara illa filia principis ipsa venerationis simul, et aemulationis amplexu eburnae, quia ebur dens est elephantis valde formidabilis; nihil autem magis perhorrescunt daemones, quam humilitatem, ut d. Antonius

huiusmodi patrum exemplis decentissime calcata in atritis animi gressibus ibat de virtute in virtutem; et in æmulando virtutes patrum, ipsos etiam patres, quorum se æmulatricem esse gaudebat, præcipua puritate affectuum, et prærogativa actionum transcendebat; hæc tamen ille. Hanc tamen interpretationem licet egregiam nunc omittens, utpote nostro instituto non inseruientem, arbitror cum aliis interpretibus, per calcamenta Sponsus Virginis humilitatem designasse, cuius est, ad pedes aliorum semper procumbere, infimumque locum appetere: quod quia valde difficile est, ut non obscure indicavit d. Petrus (1. Petr. 5); nam ubi nostra vulgata legit: omnes invicem humilitatem insinuate: Graecus interpres transtulit: humilitatem innodate, seu alligatæ: quibus aperte ostendit, a deo difficile esse humilitatem conservare, ut nisi magna vigilantia retineatur, et quasi arctissimis nodis vincitur, facile elabatur. Sponsus ergo quasi admirans quam tenaciter beata Virgo humilitatem retinuerit, in ea verba prorupit: *quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis*. Et quidem sicut ex calcamentis facile dignosci potest, an quis per luto inaccessit, vel non: nam cum quis per luto incidit, calcamenta eius luto necesse est inquinari: quia ergo inter omnes puras creaturas superbiae luto, nec aliterius cuiuspiam peccati macula fuit beata Virgo inquinata, ideo quasi admirans Sponsus inquit: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis*. Ut tamen hæc Virginis humilitatem commendabiliorem redderet, quæ tum in visitatione ad Elisabetham, tum in purificatione valde enituit, addidit consulo verba illa, *filia principis*: quia quanto quis nobilitas, illustrior, sapientior, et aliis animi ornamentis insignior, tanto magis eius humilitas difficilior, et admirabilior esse perhibetur. Quare sensus est: pulchri sane sunt, o Maria, gressus tui, tam in visitatione, quam in purificatione, calcamentaque tua id satis indicant, quæ ingenuitatem ac nobilitatem tuam prædicant. Ut enim Philostratus refert, moris fuit apud antiquos in calcamentis nobilitatis insignia portare ex ebore confecta: et Seneca de Tiberio imperatore affirmat, auro et margaritis ornatos calceos solum fuisse gestare: et Cassiodorus refert, quod labente republica, patritii sericis calceis utebantur. Imo Homerus deam Maiam Mercurii genitricem a calcamentis inæstimabili pretio commendat: idque satis aperte confirmant verba Isaiae dicentis (c. 3): *In die illa auferet Dominus ornamentum calcamentorum, et tunikas*; quasi diceret, destruet Dominus in superbis foeminas eburnas lunas, quas in argumentum nobilitatis suæ in calcamentis portant. Quam igitur beatissima Virgo summa, tam corporis, quam mentis nobilitate esset non solum conspicua, sed clarissima, in eo valde eius humilitas splenduit, quod nec ad beatam Elisabetham visitandam accedens, nec et inscrivere recusaret, nec ad purificationis remedium pro puerperii sordibus sumendum, in templum venire, quæ purissima erat, dedignaretur. Merito ergo Sponsus hos mirabiles Mariae gressus aspiciens dixit: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, o filia principis*; vel

ut legunt Theodoretus, et multi Patres, *filia Nadab*: vel ut vertunt Hieronymus, Ambrosius, et Cassiodorus, *filia Aminadab*: quæ duo, ut tradit Arias Montanus in suo apparatu, significat idem quod *spontaneus*. Quo etiam significatur, humilitatem Virginis non fuisse coactam, sed spontaneam; quod præsertim in purificatione ostendit, cum nulla illius præcepti obligatione eam cogente illius legi se lætissimi subiecerit.

Ad ecuram, ut ad Virginis humilitatem sectandam animi vestri alliciantur, egregia quaedam, quæ nos docuit Magnus Cancellarius parisiensis (*serm. in coena Domini consider. 1*), huius virtutis præconia non puto ingratum vobis fore hic apponere: vocal in primis humilitatem principem, et reginam propter præcellens eius dominium: *Quantum igitur*, inquit, *est humilitatis dominium habere omnia sub pedibus per generosum contemptum, iuncta illud (Deut. 11): Omnis locus quem calcaverit pes vester, vester erit: quid maius, et quam lato imperium nihil aliud a Deo magni pendere, nullique alteri rei subieci? Adnotat deinde, imperio humilitatis, tanquam principii ac reginae, quæcumque humili accidit, inservire; adversa quidem ad exercitium et tutelam, prospera vero ad modestiam sobriamque consolationem: verba eius accipe: *Dicam amplius: militat pro ea sui hostes fortissimi; nam ea peccatis redimitur cautior, formior, ac potentior. Imo vide miraculum: ipsa ex morte propria reviviscit sæpius, fortiorque resurgit. Nam quis negat magnum esse humilitatis recuperandæ rationem, humilitatem perdidisse? Quin etiam oritur ea suo contrario, quod est superbia, non minor miraculo, quam si frigiditatem calor gignat: humilitatis quippe non parva est occasio, animam contra Deum suum creatorem, et redemptorem superbiisse. Deinde ibidem tradit, humilitatem similem esse speculo concavo, in eius centro ununtur omnes radii divinarum illustrationum, quia humili copiosissime coelestia charismata communicantur. Ob quam causam, inquit ille, merito humilem appellari posse, abyssum sorbentem omnia viventium aquarum fluentia: imo et vacuum quoddam spirituale immensæ capacitatis, quod nulli honores, nullæ dignitates, nullæ opes implere illud sufficiunt, sed Deus solus, summum, et infinitum bonum. Æmulamini ergo, fratres, Mariae humilitatem: de qua divus Bernardus (*sermon. super Missus*) aurea illa verba dixit: *Quæ est hæc Virgo, tam venerabilis, ut salutetur ab angelis? tam humilis, ut desponsata sit fabro? pulchra permixtio virginitalis, et humilitatis. Audis virginem, audis humilem; si non potes virginitalitatem humilis, imitare humilitatem virginis; illa consulitur, ista præcipitur. Ad illam invitatis, ad istam cogitis. De illa dicitur: qui potest capere capiat; de ista dicitur: Nisi quis effugerit sicut parvulus iste, non intrabit in regnum colorum: illa ergo remuneratur, ista exigitur a Christo. Cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.***

HOMILIA V.

Prosequimur Mariae purificationis causas, novas alias adducentes, ob quas immaculata Virgo nullius mundationis indiga, legi illius se subiecerit; eam tamen causam copiosius illustramus, quæ scandali vitandi curam tangit.

Præter omnes causas supra commemoratas, nonnullæ aliae occurrunt observatione non indignæ. Prima, ut humillima Maria singularitatem, quæ species quaedam superbiae est, omnino fugeret. Singularitas enim linea est et aerugo virtutum; imo, ut ait David, immans bellua animam devastans (Ps. 79): *Singularis ferus depastus est eam*. Unde licet Origenes narret, Pomerio id referente, Zachariam pontificem constituisse beatam Virginem, cum venit in templum purificationis, gratia, inter virgines, et non inter nuptas; crediderim tamen cum doctissimo Canisio (*lib. 4. cap. 11*), Virginem, ut omnem illam vitaret singularitatem, contubernium vulgarium puerperarum, licet aliquot immundæ, et abiectæ essent, minime fugisse; sed una cum illis accessisse, munusculum suum obtulisse, nihil a se alienum putantem, quod ad legis ritum implendum, ad cultum Dei præstandum, et ad Ecclesiae ministerium honorandum, aliqua saltem ex parte pertineret. Secunda causa fuit, ut novis secreti sigillis magis ac magis obscuraretur mysterium incarnationis, et sic diabolum prorsus lateret, et illum deluderet, quem enim videret beatam Virginem purificari, existimabat violatam esse, nullam prorsus curam habens explorandi eius virginitalitatem. Hanc rationem adducit Cassianus (*lib. 3. stellar. parte 1*): *Decebat, inquit, ut ad purificationis legem accederet propter confusionem diaboli, pro eo quod sic Christi divinitas, et beatæ Mariæ virginitas celebratur diabolo, ne humana redemptio impederetur ab ipso*. Tertia causa, quia ad templum accedentem purificationis gratia, opus erat varias exercere virtutes, quas exercendi occasione cum nancisci facile potuisset, noluit ulla ratione præterire, quæ nihil antiquius, et charius habebat, quam sanctis operibus vacare. Quam autem fuerit multiplex hoc virtutum exercitium, sanctus Thomas commemorat (*in serm. de purif. Mar.*), dum ait: *In isto evangelio possunt notari sex virtutes in beata Virgine: Humilitas in purificatione, cum non indignaret. Secundo amor puritatis in superabundanti purgatione, et ista duo, ibi (dies purgationis). Tertio reverentia ad filium in portatione, ibi (tulerunt). Quarto devotio in locorum visitatione, ibi (in Ierusalem). Quinto gratiarum actio in filii oblatione, ibi (tu susterent eum Domino), quæ ibi Domine quem dedisti offerimus. Sexto puritas in oblatione, ibi (duos tortures), quæ erat oblatio pauperum.*

Quarta causa fuit, quia beata Virgo agnovit divinam voluntatem esse, ut hominibus palam fieret ipsam Dei matrem esse, et ut dignitas hæc tantæ maternitatis inciperet iam evulga-

ri. Meminit huius causæ Nicolaus Cassianus (*lib. 3. de purific.*), dum ait: *Hodie ipsam matrem forte in templo, sanctis collectantibus, publicari voluit. O quantum gaudere poterat, cum se matrem Dei agnosceret, quia Ambrosius dicit: hoc solum de sancta Maria Virgine prædicare, quod Dei Mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari potest; hæc ille. De hoc nobis gaudio Augustinus (in sermone: *Adest nobis*) dicit sic: *Maria exultat, et matrem se lacto miratur, et de Spiritu sancto concepisse gaudet: et quia genuit eum exultatione, non cuiuslibet meriti hominem, sed totius mundi salvatorem.**

Quinta: voluit Deipara purificationis legem amplecti, ut quoad fieri posset, dilectissimo Filio suo se conformem exhiberet, eiusque exemplum imitaretur, qui octavo die circumcisions, legi minime obnoxius, eius gladium subire non recusavit. Unde divus Bernardus (*serm. de pur.*) dixit: *O beata Virgo Maria, vere tu non habes causam, nec tibi opus est purificatio. Sed numquid Filio tuo opus erat circumcisio? esto tamen inter multos tanquam una carum, nam et filius tuus sic exiit in medio puerorum.*

Sextam causam purificationis beatæ Virginis putaverim fuisse, ne scandalum aliquod præberet, si purificationis legem palam observare negligeret. Causam hanc, quia præcipuum arbitror, quæ Deiparam movit, ut legi illi se subiecerit, et quia scandali vitandi doctrina valde utilis, ac perneccaria est, placet nobis hoc loco latius de illa disserere. Quod ut rectius præstemus, præponenda sunt ante omnia verba divi Thomæ (2. 2. quæst. 45. art. 1), ubi ait: *Quod graece scandalum dicitur, non offensionem, sed ruinam, et impactionem potius possumus dicere: contingit enim, quod aliquando aliquis obæ ponitur alteri in via corporali, cui impingens disponitur ad ruinam, et talis obæ dicitur scandalum; et similiter in processu viæ spiritualis contingit aliquem disponi ad ruinam spirituales per dictum, vel factum alterius, in quantum scilicet aliquis sua admonitione, inductione, aut exemplo alterum trahit ad peccandum; et hoc proprie dicitur scandalum: nihil autem secundum propriam rationem disponit ad spirituales ruinam, nisi secundum quod habet aliquem defectum rectitudinis: quia id quod est perfecte rectum, magis movet hominem contra casum, quam ad ruinam inducat; et ideo convenienter dicitur, quod dictum, vel factum, minus rectum præbens occasione ruinæ, sit scandalum; hæc tamen d. Thomas.—Christus Dominus, quam grave scandala pariant detrimentum probe agnoscens, ut nos illa vitare suaderet, non dubitavit dicere: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum; et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, et proice eam te*. Videtur sane, quod si hic manus, et oculus proprie sumantur, crudeliter, et impia sit assertio, cum nemini licet violentas manus sibi inferens propria membra truncare. Quare ut locum hunc explicarent sancti Patres, in varias abierunt sententias. Divus Chrysostomus (*homil. 17*) ait: *Per oculum dexteram, et manum dexteram, significari mulierem amicam, quia paulo ante dixerat: qui viderit mulierem ad con-**